marinũ appellant.Et ſmyrnium olus ſeritur iiſdẽ locis.Myrrãq; radicem reſipit Eadem & ſiliquaſtro
ſatio.Reliqua a cæteris & odoꝛ & ſapore differũt:ut anetum.Tantaq; eſt diuerſitas atq; uis:ut nõ ſo-
lum aliud alio mutetur:ſed ẽt ĩ totũ auferatur. Apio eximi incoctis obſoniis aceto:in eodem cellario
in ſaccis odorẽ uino grauem.Et hactenus hortẽſia dicta ſint ciboꝝ gratia dũtaxat.Maximum quidẽ
opus in iiſdem naturæ reſtat:quoniam prouentus tantum adhuc ſummaſq; quaſdam tractauimus:
Vera ãt cuiuſq; natura non niſi medico effectu prænoſci põt:opus ingens occultumq; diuinitatis:&
quo nullũ reperiri poſſit maius.Ne ſingulis id rebus contexeremus iuſta fecit ratio:cum ad alios me
dendi deſideria ꝑtinerent:longius utriuſq; dilationibus futuris ſi miſcuiſſemus.nunc ſuis quæq; par
tibus conſtabunt:poteruntq; a uolentibus iungi.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XX.

PROOEMIVM.

MAximum hinc opus naturæ ordiemur & cibos ſuos homini narrabimus fateriq;
cogemus ignota eſſe per quæ uiuat.Nemo id paruum ac modicum exiſtimaue-
rit nominũ uilitate deceptus pax ſecum in his aut bellũ naturæ dicetur:odia ami
citiæq; rerum ſurdaꝝ ac ſenſu carentium:Et quo magis miremur oĩa ea hoĩum
cauſa:quod græci ſympathiam appellauere:quibus cuncta conſtant:ignes aquis
reſtinguentibus:aquam ſole deuorante.luna pariẽte:altero:alterius iniuria deficiẽte ſydere.Atq; ut a
ſublimioribus recedamus:ferrũ ad ſe trahente magnete lapide:& alio rurſus abigente a ſeſe.Adamã
tem opum gaudiũ infragilem omni cætera ui inuictum ſanguinẽ hircino rũpente. Quæq; alia ĩ ſuis
dicemus locis paria uel maiora mira.Tantũ uenia ſit a minimis:ſed a ſalutaribus ordĩemur.primũq;
ab hortenſibus.

De cucumere ſilueſtri & elaterio. Cap.i.

CVcumim ſilueſtrem eſſe diximus multo infra magnitudinẽ ſatiui.Ex eo ſit medicamentũ
quod uocatur elaterium ſucco expreſſo e ſemine.Cuius cã niſi maturius incidatur: ſemen
exilit oculoꝝ etiã periculo.Seruatur autem decerptus una nocte poſtero die ĩcidiť harum
dine.Semẽ quoq; cineř conſꝑgitur ad coercendã ſucci habundãtiam.Qui expreſſus ſuſcipitur aqua
Bimatu cæleſti.atq; ſubſidet.Deĩde in ſole cogitur in paſtillos ad magnos mortalium uſus obſcuritates & ui
tia oculoꝝ ſanat:genarũq; ulcera.Tradunt hoc ſucco tactis radicibus uitium non attingi uuas ab aui
bus.Radix autẽ ex aceto cocta podagris illinitur.Succoq; dentiũ dolori medetur.Arida cum reſina
impetiginẽ & ſcabiem quam pſoram & lichenas uocãt.parotidas & panos ſanat.Et cicatricib⁹ colo
rem reddit.Et foliorum ſuccus auribus ſurdis cum aceto inſtilatur.Elaterium tempeſtiuum eſt autũ
no.nec ullum ex medicamentis longiore euo durat.incipit a trimatu.Siquis recẽtiore uti uelit:paſtil
los in nouo fictili igne lento ĩ aceto domet.idq; melius quo uetuſtius erit. Quem iam ducentis ãnis
ſeruatum eẽ auctor eſt Theophraſtus.et uſq; ad quinquageſimum lucernarum lumina extinguit.
Hoc eni ueri experimẽtum:eſt ſi admotum priuſq̃ extinguat ſintillare ſurſum ac deorſum cogat pa
lidum ac leue hærbaceo:ac ſcabro melius.hac leniter amaꝝ putant cõceptus ad alligando ſemine ad
iuuari:ſi terrã nõ attigerit.partus uero ſi in arietis lana aligatum in ſcientis lumbis fuerit ita ut proti-
nus ab ea extimatur.& rapiatur extra domũ ipſam.Cucumim qui magnificant: naſci præcipuum in
arabia:mox cyrenis:Alii ĩ arcadia tradunt ſimilẽ heliotropo.Cuius iter folia & ramos prouenire ma
gnitudie nucis iuglandis ſemen eſſe autem ad ſpeciem ſcorpionis cauda reflexa:ſed candida:Aliqui
etiã ab eo ſcorpionũ cacumim uocant:efficaciſſimum contra ſcorpionum ictus:&:ſemine & elaterio
et ad purgandũ uterum aluoſq;.Modus portione uirium ab dimidio obolo ad ſolitũ.Copoſius ne-
cat.Sic & cõtra phthiriaſin bibitur et hydropi ſes:illitũ anginas & arterias cum melle & oleo uetere
ſanat.

De anguino cucumere:ſiue erratico:& :de ſatiuo & de pepone. Cap.ii.

MVlti hunc eẽ apud nos qui anguinus uocatur ab aliis.erraticus arbitrantur. Quo decocto
ſparſa mures.de eius medicia nõ attingunt.Idem podagris cum articuloꝝ morbis deco
ctum ĩ aceto illinunt ꝑſentaneo remedio.Lumbrorum uero dolori ſemineſole ſiccato de
in trito.xxx.denarioꝝ põdere in hemia dato aquæ.Sanat & humores ſubitos illitum cum lacte mu
lieꝝ:purgat eas elaterium.Sed grauidis arborum facit.Suſpirioſis prodeſt Morbo uero regio in na-
res coniectũ.Lentigines & maculas e facie tollit ĩ ſole illitum.Multi eadem omnia ſatiuis attribuũt
Magnũ etiam in eis momenti.Namq; & eorum ſemen quatum tres digiti apprehẽderint cum cumi
no tritũ potumq; in uino tuſſientibus auxiliatur:Sed & phreneticis in lacte mulieris.et dyſentericis
acetabuli menſura.pulẽta autem expuentibus cum cumino pari pondere.et iocineris uitiis in aqua
mulſa:Vrinã mouet ex uino dulci:et ĩ rhenum dolore clyſteribus ſimul cum cumino infunditur. pe
pones q uocantur refrigerant maxime in cibo & emolliunt aluum.caro eorum epiphoris oculorum
aut doloribus imponitur.Radix ſanat ulcera concreta in modũ faui:quem cerion uocant eadem cõ

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id469601345/306
UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
FREIBERG